



FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JEZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

TEMPORE „PER ANNUM” (II)

Sacerdos:

Omnes huc convénimus, fratres caríssimi, ad Redemptiónis nostræ recolénda mystéria; rogémus ergo Deum omnipoténtem, ut mundus univérsus his totíus benedictiónis et vitæ fóntibus irrigétur.

Intentiones:

- I. Pro ómnibus qui seípsos Deo vovérunt, ut, illo adiuvánte, propósitum suum in fidelitáte custódiant, Dóminum exorémus.
- II. Pro pace géntium, ut, omni perturbatióne remóta, líberis ipsi méntibus pópuli servíre mereántur, Dóminum exorémus.
- III. Pro sénibus, qui solitúdine vel infirmitáte labórant, ut fratérna nostra caritáte firméntur, Dóminum exorémus.
- IV. Pro nobis hic congregátis, ut sic sciámus bonis uti præsentibus, quibus nos Deus fovére non désinit, ut iam possímus inhærére perpétuis, Dóminum exorémus.

Sacerdos:

Adsit, Dómine, quáesumus, propitiátio tua pópulo supplicánti, ut, quod te inspiránte fideliter éxpedit, tua céleri largitáte percípiat.

Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.